integraliter emendarunt de offensis
veteribus et novissimis proponentes
ulcisci.

Anno vero sequenti super pre-
dictum castrum hostiliter equitarant
cum timore et dubio cum esset tamen
castrum illud pre natura loci
fortissimum et palatiis mire pul-
chritudinis et turre munitum ac
circumdatum foveis et muris ab
interiori parte decem brachiorum
crossitudinis. et pervenientes ad
locum construxerunt hedificia
plurima circa illud et manganos
et trabuccum oneratum plumbo
licet precursores eorum non nisi sicut
fabe marmoree offenderent muros.
Cum autem diu resedissent idem
in vanum utique laborando propo-
suerunt rem aggredi novam inau-
ditam et prorsus insolitam. castrum
videlicet intrare sub terram et
omnia diruere licet cum immode-
ratibus sumptibus et laboribus et